

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Prelacio ch cum fonte primo

Fili hominis speculatorem dedi te domui  
Israhel.

Mentior, nisi hoc Dominus per  
Ezechielem prophetam sub cuiusdam  
terroris denuntiatione loquitur, dicens ad  
eum: *Et tu,*  
*fili hominis, speculatorem dedi te domui*  
*Israel* (*Ezech. XXXIII, 7*).

Iulianus Pomerius, *De uita*  
*contemplatiua*, 1, 20, 2 (PL 59,  
col.434C-435A).

Si impio locutus non fueris  
ut se ab impietate sua custodiat, et ille  
perierit sanguinem eius de manu tua  
requiram; hoc est dicere, si ei peccata  
sua non annunciaueris

Si impio, inquit, locutus non fueris,  
ut ab impietate sua se custodiat, et ille  
perierit, sanguinem eius de manu tua  
requiram. Hoc est dicere: Si ei peccata  
sua non annuntiaveris,  
si eum non argueris,  
ut ab impietate sua convertatur et  
vivat; et te, qui non increpasti, et ipsum,  
qui te tacente, peccavit, flammis  
perennibus perdam. Quis, rogo, tam  
saxei pectoris, quis tam ferreus erit,  
quem sententia ista non terreat? Quis  
tam alienus a fide, qui sententiae isti non  
credat?

ut ab impietate sua conuertatur et  
uiuat, te qui non increpasti et ipsum  
qui te tacente peccauit flammis  
perhennibus perdam. Rogo quis tam  
saxei pectoris, tam ferreus erit  
quem sententia ista non terreat? Quis  
tam alienus a fide qui isti sentencie non  
credat?

Iulianus Pomerius, *De uita*  
*contemplatiua*, 1, 20, 3 (PL 59,  
col.435B).

Quis ad hec non contremiscat?  
Quis ista sine intollerabili metu future  
examinacionis accipiat nisi qui hec non  
intelligit aut futura non credit?

Quis ad haec non contremiscat?  
Quis ista sine intollerabili metu futurae  
examinationis accipiat, nisi qui aut non  
intelligit, aut futura non credit?

Prosper ibidem (de uita contemplatiua  
libro I.).

Iulianus Pomerius, *De uita*  
*contemplatiua*, 1, 21, 3 (PL 59,  
col.436C).